



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

1 V. conueniens fuerit baptizare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

Alger.
Hieronym.
Isidor.
Nicephor.

gerus libr. 2. de Euchar. capit. 7. Addunt denique Hieronym. Epist. 27. & Isidor. de vita, & morte Sanctorum, corpus eius apud Sebastem fuisse sepultum: & notat Hieronym. (quem Nicephorus imitatur) trūcum corpus fuisse sepulture traditū. Nam Herodiades (ait Nicephorus) Ioannis reprehensionem quodam modo etiam post capitis resectionem verita, coniungere, id rursus reliquo corpori timens, apud se remotis arbitrio in abstrusiori regie loco sepeliendum duxit.

Corpus Ioan-
nis ubi sepul-
tum, & quo-
modo.

Hoc vero loco offerebat sese quæstio de reliquijs, & corpore Ioannis, an credenda sint esse in terris, & quo in loco esse probabiliter existimetur, & quarum veneratione habenda. Sed hoc postremū commune est Ioanni cum ceteris sanctis, & disputatum in superiori tomo: de alijs vero, quæ ad historiam pertinent, legi potest Can. de S. Ioan. c. 14. & non nihil attingemus inferius, cum de his, qui cum Christo surrexerunt, disputabimus.

Canis.

Greg.

Hic verò adnotare non omitram, locum Gregor. libr. 9. epistol. 39. dicentis. Corpus præcursoris post mortem à persecutoribus fuisse incensum, sicut (inquit) historia mortis eius testatur. Quæ verba ut admiranda notauit Adrianus Pap. supra in Rescripto de imaginibus ad Carolum Magn. c. 23. eò quòd in Evangelio legitur, corpus Ioannis post mortem à discipulis eius sepultum esse. Marc. 6. Fieri tamen potuit, ut post illa tempora ossa Ioannis fuerint igni tradita, & hoc fuisse, memoriæ proditum in historia, quam Greg. allegat.

ARTICVLVS I.

Utrum fuerit conueniens Ioannem Baptizare.

208.
4. d. q. 2. art.
2. 4.



Primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus Sacramentalis ad aliquam pertinet legem. Sed Ioannes non introduxit nouam legem. Ergo in conueniens fuit, quod nouum ritum baptizandi introduceret.

2. Præterea, Ioannes fuit missus à Deo in testimonium tanquam Propheta: se undum illud Luca. 1. Tu puer Propheta Alissimi vocaberis. Sed Propheta qui fuerunt ante Christum, non introduxerunt nouum ritum: sed ad obseruantiam legalium rituum inducebant, ut patet Malac. vii. Memento legis Moysi serui mei. Ergo nec Ioannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

3. Præterea, Vbi est alicuius rei superfluitas, non est ad illud aliquid addendum. Sed Iudei excedebant in superfluitate baptismatum, dicitur enim Marci 7. quod Pharisæi, & omnes Iudei nisi crebro lauerint manus, non manducant, & à foro venientes nisi baptizentur, non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptizata calicum, & viceorum & aramentorum, & lektorum. Ergo inconueniens fuit, quod Ioannes baptizaret.

Sed contra est autoritas Scriptura Matth. 3. ubi præmissa sanctitate Ioannis subditur. Quod exibat ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

Habetur ex
serm. 1. de
Epiphani-
som. 10.

Respondeo dicendum, quod conueniens fuit Ioannem baptizare, propter quatuor. Primo quidem, quia oportebat Christum à Ioanne baptizari, ut baptismum consecraret, ut Augustinus dicit super Ioannem. Secundo, ut Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioannis primo, ut manifestetur, scilicet Christus in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans: concurrentibus enim turbis ad baptismum, annuntiabas Christum, quod quidem facilius sic factum est: quam si per singulos dis-

currisset, ut Chrysostom. dicit super Ioan. Tertiò ut suo baptismismo assuefaceret homines ad baptismum Christi. Vnde Gregorius dicit in quadam homil. quod ideo Ioannes baptizauit, ut præcursoris sui ordinem seruans, qui nasciturum Dominum nascendo præuenerat, baptizando quosque baptizaturum Dominum præueneret. Quarto, ut ad penitentiam homines inducens, homines prepararet ad digne suscipiendum baptismum Christi. Vnde ibidem Beda dicit, quod quantum catechumenis nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantum profuit baptismus Ioannis ante baptismum Christi. Quia sicut ille predicabat penitentiam, & baptismum Christi præuenerat, & in cognitionem veritatis, qua mundo apparuit attraheret: sic ministris Ecclesie primo erudiunt post peccata eorum redarguunt, demum in baptismum Christi remissionem peccatorum promittunt.

Ad primum ergo dicendum, quod baptismus Ioannis non erat per se Sacramentum: sed quasi quoddam Sacramentale disponens ad baptismum Christi. Et ideo aliquantulum pertinebat ad legem Christi, non autem ad legem Moysi.


Ad secundum dicendum, quod Ioannes non solum fuit Propheta, sed plus quam Propheta, ut dicitur Matth. 11. fuit enim terminus legis, & initium Euangelij. Et ideo magis pertinebat ad eum, verbo & opere inducere homines ad legem Christi, quam ad obseruantiam veteris legis.

Ad tertium dicendum, quod baptismus à illa Phariseorum erat inanis, in ipso ad solam munditiam carnis ordinata. Sed baptismus Ioannis ordinabatur ad munditiam spiritualem, inducebat enim homines ad penitentiam: ut dictum est.

Quæstio huius art. per se facilis est, & litera D. Tho. adeo perspicua, ut non indigeat commentario, præter dicta Disp. præcedenti, & ea quæ in sequenti addemus.

ARTICVLVS II.

Utrum baptismus fuerit à Deo.



Secundum sic proceditur. Videtur, quod baptismus Ioannis non fuerit à Deo. Nihil enim Sacramentale, quod est à Deo, denominatur ab homine puro, sicut baptismus hic non fuit nouæ legis non dicitur Petri, vel Pauli, sed Sacramentale Christi. Sed ille baptismus denominatur à Ioanne secundum illud Matthæi vigesimo primo, Baptismus Ioannis unde erat? è calo, an ex hominibus? ergo baptismus Ioannis non fuit à Deo.

2. Præterea, Omnis doctrina de nouo à Deo procedens, aliquibus signis confirmatur, unde & Dominus Exod. 4. dedit Moysi potestatem signa facienda. Et Hebr. 2. dicitur, Cum fides nostra principium accepisset enarrari à Deo ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis. Sed de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 1. Ioannes signum fecit nullum. Ergo videtur, quod baptismus quo baptizauit, non esset à Deo.

3. Præterea, Sacramenta, quæ sunt diuinitus instituta, aliquibus sacre Scripturæ preceptis continentur. Sed baptismus Ioannis non præcipitur aliquo precepto sacre Scripturæ. Ergo videtur, quod non fuerit à Deo.

Sed contra est quod dicitur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum, &c.

Respondeo dicendum, quod in baptismio Ioannis duo possunt considerari, scilicet ipse ritus baptizandi, & effectus baptismi.

Etus ba-